



1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.



1689,

1. Barkhius, Valentinus: De libertate
2. Boeclerus, Jo. Henricus: Cuius...
3. Meck, Johannes: De reconventione.
4. Deckherus, Fridericus: De possessione creditoris
in pignore I
5. Deckherus, Fridericus: De possessione creditoris
in pignore II.
6. Deckherus, Fridericus: De possessione creditoris
in pignore. Disp. III
7. Deckherus, Fridericus: De locatione et conductione
8. Griesmayr, Albertus Fridericus: De jure naturali
9. Hanwacker, Johannes Fridericus: De expectativa
10. Horlacher, Sigismundus: De subinfestatione
11. Honow, Matthias: De incendio
12. Lyserus, Lucas: Curator bonorum nudiorem.
13. Menner, Fridericus: De pactis legitimis

1659.

14. Pahlmann, Henricus: Jus militum favorabile
15. Reber, Johannes: Vindiciae solemnitatum testam-
mentariorum Justinianearum.
16. Reber, Johannes: De cautione quasi usufructuarie
civiti sine decretali.
17. Sachs, Joh. Melchior: De consecratione in genere
18. Hoerner, Gaphofanus: De potestate politica circa sacra.
19. Wetken, Reinholdus: De jure asportationis sine
retractis. 2 Exempl

1660

1. Becht, Jacobus Theobaldus: De minimis
2. Boeclerus, Jo. Henricus: Miles captivus
3. Boeclerus, Jo. Henricus: De eo, quod civitas egit.
4. Intenkerup, Gilbertus: De mero imperio
5. Hagemeister, Franchicus: De causis mitigandis pac-
narum.


1660

6. Macler, Jacobus Chris. Inphorus: De employteusi
7. Rebber, Johannes: De acquisitione per universitatem
decurativa, et devolutiva ex iudicio testatoris ex-
presso et legali tacito.
8. Rodkenbauch, Johannes Conradus: De famosis libellis
sive ut vulgo vocantur, pasquillis
9. Sachs, Johannes Melchior: De venatione Romano. Ger-
manica.
10. Sachs, Johannes Melchior: De alimentis
11. Thebesius, Georgius: De scapulis.
12. Ursinus, Johannes: De contractu arthali.
13. Wittich, Valentinus: De iure retentionis.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]







DISCURSU INAUGURALI

DE LIBERTATE

IN
ACADEMIA
SACRAE THEOLOGICAE
UNIVERSITATIS
HALLENSIS
DIE 15. JUNII 1817
A
FRANCISCO
KREYER
PROMOTORE
PUBLICE

PROFESSORE
PUBLICO
THEOLOGICAE

IN
HALLAE


APUD
FRANZ
KREYER

LIBRARIUM

IN
HALLAE

MDCCCXVII





Auspice SS. Triade.

DISPUTATIO
DE

CONSENSU
IN GENERE,

QUAM

PRÆSIDE

IOH. MELCHIORE GACHS

U.J.D. Inst. Imperial. Professore Ordinario,
h. t. Juridicæ Facultatis Decano,

*In incluta Argentoratensium Academia
solemni disquisitioni submittit*

JACOBUS EBERHARDUS BECHER
Argentoratensis.

Ad Diem Mens. August. horis, locoq. solitis.



ARGENTORATI,
Typis FRIDERICI SPOOR.

ANNO M. DC. LIX.

1659/17
9

9





VIRIS

*Generosâ stirpe, Magnificentiâ, Prudentiâ,
meritisq; in Patriam Nobilissimis, Amplissimis,
Gravissimis,*

DN. IOH. CHRISTOPHORO
à Drardorff.

DN. IOHANNI Wencfer.

DN. IOH. IACOBO Rips,

Prætori, Consulari, Tredecimviris,

Universitatis hujus

Cancellario Eminentissimo, Curatoribus
Optimis Maximis,

Dominis & Patronis suis,

*Exercitii hujus Academici Dedicacionem
debitâ animi submissione*

humillimè commendat

Devotus cliens

JACOBUS EBERHARDUS WENCFER
Resp.



I. N. D. N. J. C.

DISPUTATIO

De

CONSENSU.



um multa variaque, de diffu-
sa, frequenti, utilique Consensus ma-
teriâ, scitu & notatu dignissima in Jure
nostro & apud Jctos consumma-
tissimos legantur, ea congerere ordine
ac methodicè hâc & nonnullis sequen-

tibus disputationibus exercitii gratiâ proponere ope-
ra pretium visum fuit, tractaturo hâc vice certis, distin-
ctisque capitibus de Consensu in genere, absque cacoc-
the tamen & pruritu contradicendi illis, quorum erit
felix, si quis vestigia adoret.

Tu veritatis limpide fons DEVS,

Dici pater qui luminum amas, dator

Divesq; cunctorum bonorum

In mea Te vota voco supplex.

CAPVT I.

De

DEFINITIONE.

Positio I.

Quoniam voce cognitâ saepe in perceptionem ipsius rei
provehimur, ut ex Platone & Aristotele monuit acutis-
simus Scaliger. *Exerc. 1. pr.* idcirco nominis definitio an-
te omnia evolvenda erit.

A

2. Est

2. Est verò ea vel Etymologica, vel Synonymica, vel Homonymica.

3. In Etymologiam consensus longius inquirere, frustraneum erit, cum ea cuivis per se statim pateat, utpote verbalis, quemadmodum consensus à verbo consentire, hoc iterum à præpositione inseparabili con, & sentire, i. e. in idem simul sentire, descendens. Dd. ad l. i. ff. de pact. Vasq. *Illustr. contr. lib. 2. c. 62. n. 9. & 10.*

4. Ideoque statim ad Synonymiam descendimus. Dicitur autem (1) dissensus, arbitrium, sententia, iudicium in l. vidua. 18. & l. in conjunctione 20. C. de nupt. l. quod ex 11. §. is autem. 1. C. de oper. libert. l. ab eo. 3. C. quom. & quand. iud. sentent. l. nullus. 2. C. de exhib. & transmitt. reis. affectus utrorumq; contrahentium in l. 55. de O. & A. confessio l. ult. C. ad SC. Vellej.

5. (2.) Acceptatio l. tale pactum. 40. §. post divisionem. 2. ff. de pact. l. Sejo. 10. §. libertis. 3. ff. de ann. legat. l. 9. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. c. quia cunctis. 1. de concess. prebend. in 6.

6. Unde illud: quod in nullo actu fiat acquisitio ante acceptationem, seu declarationem & petitionem. Fontanell. de pact. dotal. cl. 5. gl. 8. p. 10. n. 8. quâ demum factâ jus ad rem & in re quæritur. §. per traditionem. 40. l. de R. D. Martha claus. 212. n. 2.

7. Et quod acceptans aliquid, videatur id acceptare non pro parte, sed cum omnibus suis qualitatibus. l. qui tutelam. 28. pr. ff. de test. tut. l. cum queritur. 16. ff. de admin. tut. l. nam absurdum. 7. ff. de bon. libert. Decian. resp. 36. n. f. vol. 2. Peregrin. consil. 25. n. 4. lib. 2. Surd. consil. 407. n. 49. & consil. 341. n. 4. Gratian. tom. 4. discept. for. cap. 717. n. 17. & tom. 5. cap. 918. n. 16. & cap. 923. n. 12. Curt. Jun. consil. 39. num. 7. & consil. 146. & consil. 149. num. 8.

8. Etiam si receperit sub modo & onere, quia & tunc nihilominus obligatur. Peregr. consil. 107. n. 15. lib. 2.

9. Quod tamen ultra oblatum non extendendum. Caroc. de Excuss. bon. p. 2. q. 1. n. 36. Accepto enim si & in quantum de Jure teneor, inquit Zas. ad l. 37. n. 9. ff. si cert. pet.

10. Fitque acceptatio in judiciis communiter hunc in modum: *Gestehet der Kläger in seiner eingeschobenen vermeintern Klage!*

Klag/ wird auch tanquam judicialis confessio hiemur utiliter & omni meliori modo acceptirt. Item acceptirt zusorderst auß der widrigen Schrift alles dienliche und vortrügliche / so darinnen zu befinden/ oder sonsten seinen Herren Patronen zu Vortheil in einigerley weiß darauß verstanden und gefolgt werden kan oder mag.

11. Nec minus responsio ad acceptationes: Wird die acceptation auffihrem Bnwerth gelassen/und derselben in bester Form contradicirt.

12. (3.) Consensus dicitur approbatio *l. cum mulieri. 49. ff. sol. matr. cap. quod omnes 29. de R. I. in 6.* Comprobatio & probatio simpliciter, item agnitio *l. Pomponius. 9. ff. de neg. gest. l. quo n. 12. pr. & l. cum debitore. 17. ff. rem. rat. hab.*

13. Hinc approbare actum is dicitur, qui rem possidet, quæ ex eo fuit assignata. *Surd. consil. 308. n. 23. lib. 3.* & dispositionem, qui eâ utitur. *l. si quis testibus. 17. C. de testib. Surd. consil. 351. n. 39.* aut qui solvit vigore alicujus dispositionis, eam approbare censetur. *Surd. consil. 355. n. 29. Freundeberg. de rescript. morat. conclus. 57. G. vel etiam recipiens pretium, censum, fructus, aut quid simile. Gratian. c. 301. n. 46. & cap. 302.*

14. Quodque quis semel approbavit, illud postea improbare non potest. *c. quod semel. 21. de R. I. in 6. Rot. Genuens. decis. 179. n. 19. nisi deficiat approbationis causa finalis. Rot. Genuens. decis. 2. n. 38.* vel approbatio fiat de rebus, quæ non dependeant ex consensu meo, tunc enim nihil relevat. *Sichard. consil. de Contract. 2. num. 12. Cum non extendatur ad dolosè facta. Rot. Genuens. d. l. & approbans quid tanquam tale, cùm non sit tale, potius reprobare videatur. Cothmann. resp. 10. num. 328. vol. 5.*

15. Quæ regula adeò vera, ut convertibilis sit, ita, ut quod semel quis reprobavit, illud postea approbare nequeat. *l. dispensatorem. 26. f. ff. de solut. l. non erit. 5. §. fin. ff. de jurejur. l. Papinianus. 8. §. meminisse. 14. ff. de inoff. testam. l. 1. C. de furt. l. quasitum. 40. ff. de acquir. vel omitt. hered. cap. ex eo. 38. de R. I. in 6. c. cum olim. 19. Extr. de censib. Decian. resp. 59. n. 16. vol. 2. Surd. consil. 359. n. 8. & consil. 364. n. 27. & consil. 433. n. 12. & consil. 445. n. 11. ubi contractum non approbare eum inquit, qui pretium acceptat, si eū contractum prius improbaverit. Vid. Joh. Baptist. Cost. de retrotract. c. 5. n. 4.*

16. (4) *Conventio*: ita enim hæc duo consensus & conventio pro iisdem usurpantur in l. 1. §. 3. vers. ad eò 4. ff. de pact.

17. (5) *Placitum*. l. divisionis. 45. ff. de pact. l. cum proponas. 21. & l. si certis. 28. C. eod. l. si tibi. 27. C. de locat. l. 1. ff. de const. Princip. C. l. A. de Pact. n. 7. & 8. Unde communissima illa regula nata: quod semel placuit, amplius displicere non potest, i. cum mulier. 47. ff. sol. matr. Schurf. consil. 32. n. 12. cent. 3. Peregrin. decis. Patav. 33. n. 27. & 28. ubi declarat.

18. (6) *Patientia*. l. qui patitur. 8. ff. mandat. l. si fidejussor. 6. C. eod. l. 1. §. 5. ff. de exercit. act. l. 12. ff. de evict. ita ut patientia pro traditione sit. l. 3. pr. vers. dare. ff. de usufr. l. 4. §. ult. ff. de fidejussor. & nominat. l. 5. ff. de adopt. l. 2. §. ult. ff. sol. matr.

19. Et non tantum præsumtionem consensus, sed etiam præsumtionem veritatis & solennitatis inducat. d. l. 4. §. ult. de fidej. & nomin. l. si filius. 4. C. de patr. pot. Cum in his, quæ Juris sunt, consensum & traditionem operetur. l. 46. pr. vers. igitur. de iur. dot. l. pen. ff. de servit. & l. 20. ff. de servit. urb. præd.

20. (7) *Prorogatio*. l. consensisse 2. pr. §. 3. de Judic. ex quâ orta regula: Quod consensus litigantium faciat Judicem, vel ex conventionem, vel re ipsâ & facto. l. 1. & d. l. 2. ff. de iudic. l. si per errorem. 15. & l. si convenerit. 18. ff. de iurisd. l. ille à quo. 13. §. pen. ff. ad SC. Trebell. l. inter. 28. ff. ad municip. Bocer. cl. 4. disp. 2. n. 65. p. 336. Matth. Stephan. de iurisd. lib. 1. c. 25. n. 2. & seqq.

21. (8.) *Non contradicentia*. l. 4. §. ult. ff. de fideiuss. & nomin. l. 2. pr. ff. ad municip. l. 142. de R. l. l. 2. §. ult. ff. sol. matr. l. 5. ff. de adopt. Auth. si servus. C. de Ep. & Cler.

22. (9.) *Taciturnitas*. l. qui tacer. 142. ibique Dec. & Cagn. ff. de R. l. l. 2. de acquir. poss. l. si sine. 5. C. ad SC. Vellej. l. si hypothec. 8. C. de remiss. pign. l. 8. §. 15. quib. mod. pign. amitt.

23. (10.) *Autoritas*. r. t. l. ff. & C. de aut. & cons. tut. Ampliff. & Consultiff. Dn. D. Rebhan. Dn. Compater, Affinis & Collega honorandus in Hodeg. jur. p. 171.

24. (11.) *Voluntas*. l. 4. C. de fideic. liberr. l. si ad pupillum. 11. ff. de aut. & cons. tut. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 32.

25. Sicut autem verbum conventionis generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi, transigendique causa

5.
causa consentiunt, qui inter se agant, adeo ut Pedio dixerit, nul-
lum esse contractum, nullam obligationem, quæ non in se ha-
beat conventionem, l. 1. §. 3. ff. de pact.

26. Hanc enim nonnunquam interpretari pro pacto, tex-
tus sunt expressi in l. pen. C. de pact. int. emt. & vend. l. avia 6. C. de
jur. dot. l. fin. C. de divid. tut. nonnunquam pro contractu, probant
l. eâ lege. 8. C. de rer. permut. l. fin. C. de prator. pignor.

27. Ita & consensus pro varietate conventionum ratione
Homonymiæ variè considerari potest, sic, ut interdum vel so-
lus & sine causâ, veluti in pollicitatione & pacto, interdum et-
iam cum causâ iis inesse deprehendatur. l. 1. §. 2. & l. 7. §. 1. 2. & 4. ff.
de pact. Vultej. I. Jurispr. Rom. c. 28.

28. Hinc passim in Jure nostro vocabulum hoc ita in re-
strictivâ significatione reperitur, ut sapissimè metonymicè, tan-
quam effectus pro causâ, pro pacto nudo usurpetur, atque sic o-
mni obligationi opponatur, l. 16. C. de pact. l. 31. §. 18. ff. de edil. edict.
l. 3. C. de emanc. liber.

29. Nonnunquam etiam in contractus tam latè se exten-
dat, ut non tantum in consensualibus, sed etiam in omnibus &
singulis, tam veris, quàm quasi, tam nominatis quàm innomina-
tis, veluti basis & fulcrum iis assistat. §. 22. l. de inaril. stipul. l. 2. §. 1.
l. 83. §. 1. de V. O. l. 2. §. 3. & l. 30. de R. C. l. 32. C. eod. l. 1. §. 3. ff. de pact.
l. 2. C. de contrah. empt. l. 5. de R. I. l. 24. de O. & A. Klock, de contri-
but. c. 12. n. 98.

30. Licet enim ex his obligationes consensu contrahi di-
cantur, id tamen non intelligendum est, quasi hi solum consen-
sum habeant, sed quod ad horum perfectionem non desidere-
tur ulla rei præsentia, non verba, non literæ, sed consensus solus
sufficiat, qui tamen super re plerumque interponitur, eâque ac-
cedente consummatur, d. l. 1. de obl. quæ ex consens. l. 2. §. 1. l. 52. §. 3.
& l. 55. ff. de O. & A.

31. Item, licet alii ad suam perfectionem literas, verba aut
res requirant, consensus tamen omnibus contractibus essentia-
lis est, d. l. 1. §. 3. ff. de pact.

32. Quin imò extra hanc acceptionem nonnunquam etiam
latissimè divagari testantur non modo delicta & crimina, quæ
A 3 in Jure

in Jure nostro etiam contrahi dicuntur, l. 8. ff. de Publican. & ve-
ctig. l. 15. l. 21. §. fin. ff. de donat. ita ut exinde non tantum obliga-
tio civilis, sed etiam naturalis oriatur. l. 25. ff. rer. amotar. l. 1. pr. ff.
de furt. l. 42. ff. de V. S.

33. Etsi enim nemo corpus membraque sua ad poenam
conventionem obligare possit, arg. l. 70. §. fin. ff. de fidejuss. delin-
quendo tamen utique ea obligat, cum id faciat, quod fieri non
oportet. l. 121. l. 155. pr. ff. de R. I. l. 7. ff. de Legib. Gædd. ad l. 6. ff. de V.
S. n. 4. & seqq. adde Val. Riemer. decad. 12. q. 1. & 3.

34. Verum etiam distractus. pr. l. quib. mod. toll. oblig. l. 16.
l. 23. ff. de novat. & deleg. item quævis voluntates, quibus con-
sensus inesse dicitur, ita ut non mirum, quin etiam justum con-
sensus sub se comprehendat, prout bene notavit Ampliss. &
Consultiss. Dn. Rebhan. in Hodeg. pag. 743. Monner. in tr. ma-
trim. c. 3. p. 92.

35. Ut & fidem, non tantum illam Theologicam, quæ in or-
dine ad recipiendum Calvino in Lex. Jur. quodammodo passiva
dicitur, estque assentiri omni verbo DEI nobis tradito, atque ita
promissioni gratiæ. & est fiducia acquiescens in DEO propter fi-
lium, accedens ad DEUM, invocans eum & clamans: Abba Pater.
Psal. 13. v. 6. Psal. 2. v. 33. Ebr. 11. v. 1. Ioh. 1. v. 12. Rom. 4. v. 20. Rom. 8. v.
38. Eph. 1. v. 13. Dn. Saubertus p. m. in epitom. exam. Phil. Melancht.
loc. 5. de Iustific. p. m. 54.

36. Verum etiam politicam illam activam, tam datam
quam habitam, quæ secundum Cicer. lib. 1. offic. & dictorum fa-
ctorumque constantia & veritas.

37. Et eam, quæ dicitur fides pactionis, seu promissio de
contrahendo, quæ consensui opponitur in cap. 1. Extr. de spons. duor.
Jafon. ad l. in bona fidei. 7. n. 4. & seqq. de eo quod cert. loc. Covart.
in tr. de sponsal. p. 1. c. 4. n. 1. Petr. Gregor. lib. 21. synt. jur. univers.
c. 3. n. 3.

38. Definitionem nominis excipit definitio rei, quam va-
riè variis à Doctoribus conceptam esse legere licet. Calvinus in
allegat. Lex. Consensum esse dicit, cum duorum voluntates in
unam concurrunt, utroque sciente & approbante.

39. Zasius

7.
39. Zasius ad l. 2. ff. de O. & A. ut & Raudens. resp. 33. n. 98.
lib. 2. Consentimus, inquit, quando simul & praesentialiter i-
dem sentimus.

40. Wesembecius ad tit. I. de hered. qual. & diff. §. fin. verb.
voluntate: Consensum esse, ait, plurium *συμφωνία*, voluntatem
unius, hancque esse, quæ à mentis iudicio & intelligentia rei im-
pellitur, nec agere in incognita, sed praesupponere totius rei ple-
nam notitiam, l. 76. de R. I. l. 12. §. 1. ff. rem rat. hab.

41. Rittershusius ad l. 23. ff. de R. I. p. 9. Consensum definit
per affectum seu animum, quo utraque contrahentium partes
concurrunt, ex Giphano, ad l. in omnibus rebus. 55. ff. de O. & A.

42. Nobis hanc sequentem talem qualem extruere placuit:
**Consensum esse actum voluntatis duo-
rum vel plurium, circa negotium aliquod,
verbis formalibus aut factis interpositum,
ad producendam obligationem.**

43. Quæ definitio cum sit causalis, ejus explicatio ex se-
quenti tractatione clarior fiet.

CAPVT. II.

De

DIVISIONIBUS & PARTI- TIONIBVS.

44. Iohannes Baptista Costa in *prax. Convent. p. 1. n. 58. & seqq.*
nullas consensus species agnoscit, sed gradus tantum e-
jus quinque facit. Primum refert ad expressionem verbis perspi-
cuis & clavis factam: Secundum ad factum demonstrativum
consensus. Tertium pertinere, inquit, ad factum aquivo-
cum, non omnino concludens sine juris auxilio, puta præ-
sumptione aut interpretatione. Quartum constituit gradum,
quando deest animus, & agitur de eo, qui non contradicit, nec
contradicere potest, quia non intelligit, quod agitur, licet presens
sit.

lit, l. 2. §. 2. ff. fol. marr. Quintum, quando nec verba nec facta interveniunt, sed præsentia cum taciturnitate, intelligentiâ & utilitate.

45. Alii consensum faciunt vel formalem, puta solennem, quando nempe solennitates juris in actu aliquo requisitæ debito modo adhibentur, aut quando consensus radix & substantia contractus est, l. consensu, 2. de O. & A. l. obligari, 9. §. tutor, 5. ff. de autor. tut. & cur. vel materialem, i. e. nudum consensum seu nudum & informem. l. sufficit, 4. & l. ult. ff. de sponsal.

46. Alii distinguunt inter consensum simplicem seu permissivum, in meris tantum terminis consistentem, & inter consensum dispositivum, quando processum jam est ad contractum, vel dispositionem aliquam obligativam, Reinking. de retract. consanguin. q. 2. n. 200. vel quod idem est inter consensum permissivum & obligatorium. Rosenthal. de feud. cap. 9. conclus. 9. num. 19.

47. Hinc licet proximior præsens venditioni interfuerit, at tamen retrahere non impeditur. arg. l. sicut 8. §. non viderur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ratio est: quia retrahens actum venditionis impedire non potest venditionem, sed eâ demum factâ jus habuit formatum & radicum. Consensus itaque ad venditionem accommodatus, non potest trahi ad retractum, qui est actus plane separatus, ex ipsius demum venditionis perfectione firmiter competens, ut eruditè deducit Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. gl. 1. n. 9. Berlich. p. 2. conclus. 40. n. 39. Bocer. cl. 2. disp. 20. th. 53. Rebuff. resp. 99. & ad l. Divus, n. 215. ff. ad SC. Silanian. Maggon. decis. Sicil. 118. Garf. Mastrill. decis. Sicil. 50. n. 11. ubi notat: quod simplex refutatio & renunciatio seu consensus non trahatur ad futuras emtiones.

48. Quamvis in retractu feudali aliud dicendum videatur per text. in c. 1. ibi: nisi consentientibus de alien. feud. pater. 2. F. 39. c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. 2. F. 5. Zas. in Epit. feud. p. 9. n. 23. & 30. Gothofr. Anton. disp. feud. 10. th. 6. lit. B.

49. Adeoque consensus dupliciter rectè considerandus veniat, aut ad ipsum factum consentiendi, aut quoad effectum, quem ipsa consensio operatur, Zas. ad l. si id quod. 22. n. 6. ff. de V. O.

50. Alii

50. Alii iterum consensum vel verum, vel præsumtum à lege faciunt. Petr. Peck. *de testam. conjug.* l. 3. c. 3. & 22.

51. Communius dividunt consensum in expressum & tacitum. Expressum esse volunt, quando quis aptè & expressis verbis rem de quâ agitur, approbat, quique oculis legi potest, ex verbis scriptis de necessitate non persuasione resultans. Puteus *decis.* 184. n. 2. lib. 1. sive coràm, sive inter absentes per nuncium, aut per epistolam factus fuerit: Tacitus qui re, si v. g. rei dominus tamdiu rem suam apud alium manere passus est, donec ei præscriptione esset acquisita. Obrecht. *Disput.* 12. p. 2. n. 102. & *seqq.* vel si quis pro locatione aliqua nonnullis annis debitas pensiones receperit, illi locationi consensisse censetur. Mascard. *de probat.* vol. 1. *concl.* 417. n. 28. Rittershus. *ad l.* 23. de R. I. pag. 182.

52. Talisque est, quem Puteus ex facto resultare inquit *decis.* 184. n. 3. lib. 1. v. g. observans actum vel contractum, etiam pro suo interesse factum, tacitè consentire videtur. Köppen. *en.* 4. n. 37. Dec. 2.

53. Sic consensus filii aut minoris tacitus sufficit, cum non habeant justam contradicendi causam. Puteus *decis.* 157. num. 4. lib. 2.

54. Ita in actibus judiciariis, qui contrahuntur consensu tantum, tacitus consensus tantundem valet, quantum expressus, si non appelletur. Mynsing. *ad cap. tuis questionibus.* 39. n. 8. *Extr. de testib.*

55. Simili modo scientiam cum præsentia inducere tacitum mandatum, cum agitur de utilitate præsentis, vult Pacian. *lib.* 1. de probat. c. 63. n. 4.

56. Quod tamen procedere, inquit Gratianus, si non requiritur licentia. *tom.* 4. *disc. for.* c. 699. n. 16.

CAP. III.

De

CAUSA EFFICIENTE.

57. **O** Riginem consensus si consideraverimus, rectè dixerimus, cum ad DEUM omnis boni autorem referendum esse:

B

esse:

esse; Quantum etiam ex Sacr. Cod. colligere licet, cum Div. Majestas, decreto ab æterno facto, post confectionē cœli & terræ aliarumq; rerū animadverteret, omnia, quæ ab ipsa facta, benè facta esse; Sacrosanctā Trinitatem de procreatione hominis tandē sollicitam fuisse, adedque consensum iis verbis: Faciemus homines, satis clarè exposuisse.

58. Remota est jus naturale, quia consensum servare Juris naturalis est, *arg. l. 1. pr. ff. de pact.* quod pluribus demonstrat Wesembec. *in π. ff. de pact. n. 9. pr.* Peguer. *quest. crim. c. 39. n. 6.* Schultes *q. 70. n. 155. & 209.* quod SS. Decalogi præcepto octavo dictorum factorumque veritas à nobis exigatur.

59. Propinquæ efficientes causæ principales sunt intellectus, voluntatem, quid deceat, liceat, atque etiam expediat informans: & voluntas rectæ rationis dictamini obtemperans.

60. Quanquam enim in imperio rationis, quod exercet in actus hominis, ordinare & præscribere, quid fieri oporteat, proprium sit intellectus: Impellere tamen ceteras facultates ad id agendum est voluntatis, cum primum movens inter omnes vires animæ, quod ad exercitium actus alicuius attinet, sit voluntas. Horn. 2. *Ethic. 4. n. 3. p. 173.*

61. Proximæ sunt ipsi consentientes, de quibus in sequenti capite dicendum erit.

CAP. IV.

De

MATERIA ET QUIDEM SUBJECTIVA.

62. Consentire possunt omnes, qui non prohibentur.

63. Prohibentur autem vel lege, vel naturâ.

64. Naturâ ob vitium animi, veluti furiosi, mente captis, infantes & impuberes.

65. Furiosos enim I. nihil agere posse, naturâ manifestum est, ait JCtus *in l. 1. §. 12. ff. de O. & A.*

66. Undè non tantum contractum nullum celebrare. *d. l. 1. §. 12. & l. 5. ff. de R. I.*

67. Sed

67. Sed nec ultimam voluntatem condere possunt. §. *præterea* 1. I. *quib. non est perm. fac. test. l. filiusfamilias. 16. §. 1. ff. qui test. fac. poss.*

68. Ratio expedita est, quoniam furiosi non intelligunt, quod agunt, §. 8. I. *de Inutil. stipul. mente carent, d. §. 1. I. quib. non est perm. fac. test. nulla eorum voluntas, l. furiosi 40. ff. de R. I. ideoque in iis, quæ consensum desiderant, absentium vel quiescentium loco habentur, l. 2. §. furiosus. 3. ff. de jur. codicill. l. sed si. 17. §. 11. ff. de injur.*

69. Hinc illud: in iis quæ consensu geruntur, mentis tantum non etiam corporis sanitas requiritur, l. 2. ff. *qui test. fac. poss. l. sanum. 25. C. de transact.*

70. Unde etiam muti & surdi, iudicio valentes, pleraque negotia inter vivos satis benè peragere possunt, referente Vasq. *de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 172. Sichard. ad l. 10. C. qui test. fac. poss. n. 5.*

71. Secus, si iudicio & intellectu planè destituantur: tunc enim ex eorum gesticulationibus & signis consensum elicere vel, admodum difficile videtur, per ea, quæ habet Vigl. Zvvichem. *ad §. 3. I. quib. non est perm. fac. test. n. 3.*

72. Maximè, cum regulariter consensus intelligendus, non ex quibusvis ambiguis & obscuris clausulis, divinatione quâdam elicitus, sed vel formalibus & disertis verbis expressus, vel ipso facto declaratus. Cothman. *resp. 80. n. 62. vol. 2.*

73. Quod autem de furioso in specie dicto jamdum statui-
mus, illud par ratione in mente capto locum habere censemus. *l. in adversa. 17. ff. qui test. fac. poss.*

74. Quamvis enim aliàs à se invicem differant. l. 2. ff. *de inoff. test. l. tam dementis. 28. C. de episc. aud.*

75. Fortè in eo, quod dementiæ appellatio generalior sit, & omnes comprehendat, sive quietâ quâdam & tranquillâ mentis alienatione laboret, sive cum clamore & tumultu insaniat: furoris verò nomen tantum ad eos pertineat, qui cum clamore & tumultu desipiunt. *arg. d. l. 28. C. de ep. aud. & l. 25. C. de nupt. Coraf. ad l. humanitatis. 9. de impub. & al. subst. Jason. in l. 9. n. 2. C. qui test. fac. poss. Alciat. lib. 9. c. 16. Vasq. de success. progress. lib. 1. §. 1. n. 84. & seqq.*

76. Tamen eodem plerumque utuntur jure. *d. l. 28. C. de episc. aud. d. l. 25. C. de nupt. §. furiosi. 3. & §. seq. l. de curat.*

77. Consequenter neque inter vivos neque mortis causa actum ullum gerere possunt. *l. 5. ff. de R. I. l. 17. ff. qui test. fac. poss.*

78. Quoniam omnes mente carent. *d. §. 1. quib. non est perm. fac. test.*

79. Estque hæc assertio de furioso & demente ad eò veram, ut ne statuto quidem induci possit, ut furiosus consentiat, cum ea, quæ naturæ adversantur, nullâ lege, nullove statuto caveri possint, *arg. l. 39. ff. de legib. & c. fin. Extr. de consuet. Jas. ad d. l. 9. num. 1.*

80. Secus tamen est in eo, qui dilucida habet intervalla. *arg. l. 9. C. qui test. fac. poss.*

81. Ut & in homine sanæ mentis, qui ex post facto furiosus factus: Hunc enim consentire potuisse, ejusque negotia, ante furoris tempora rectè gesta, rata manere, omninò dicendum videtur, *per l. 8. ff. qui sunt sui vel al. jur. l. oratione. 16. in fin. ff. de R. N. & l. si à re. 70. §. 4. ff. de fidejuss. l. justo. 44. §. 6. de usurp. & usuc. l. 8. §. 1. ff. de curat. & tutor. dand.*

82. Ratio est: quoniam ea, quæ sunt facti, ut est furor, non possunt infirmare ea, quæ sunt juris, quæque legitimè gesta, *arg. d. l. 8. ff. qui sunt sui vel al. jur. Giph. ad §. 1. quib. non est perm. fac. test. ibique Conrad. Rittershus.*

83. II. Consentire nequeunt infantes, non tantùm illi, welche kaum die Sürwând beschritten. / ut loquitur Fichard. *consil. latin. 57. n. 4. & 5.* & qui fandi impotes sunt, secundum Speckhan. *cent. 1. q. 44. n. 3.* verùm etiam infantia proximi, & qui fieri possunt.

84. Quamvis enim hereditatis sint capaces, juxta Fichard. *d. l. & infantia non inferat impotentiam acquirendi, l. 12. C. de jur. delib. l. ult. §. ubi autē. 3. C. de bon. qua. lib. Peregr. decis. 19. n. 17. Vant. de nullit. tit. 10. n. 6. & seqq.*

85. Tamen consentire nequeunt. *l. quamvis. 32. §. infans. 2. ff. de acquir. poss. l. 5. C. de emancip. lib. l. 7. C. ad SC. Treb.*

86. Nec in morâ constitui, nec silentium eis imponi, & generatim

generaliter nullum ipsis tempus currere potest. Raudens. resp. 20.
n. 62. & fin. lib. 1.

87. Ut nec stipulari. Zas. ad l. 70. ff. de V. O.

88. Neque culpæ obnoxii sunt, cum nulla in ejusmodi
parvulis deprehendatur. l. sed etsi. 55. in fin. ff. de fideicom. libert.

89. Ita, ut si damnum dederint, non teneantur, l. 5. §. 2. ff.
ad L. Aquil.

90. Et si quid perdiderint, aut corruperint, impuniti ma-
neant. l. quod infans. 60. ff. de R. V.

91. Sed potius absentium loco habeantur. Speckhan. d. n. 3.
cum nullus eorum sit animus, nulla voluntas vel intellectus.
Giph. ad l. 3. C. de acquir. vel retin. poss.

92. Aut affectio quoad immobilia, sed tantum quoad pue-
rilia quædam. Schneidevv. p. 3. feud. n. 100.

93. His III. succedunt impuberes, arg. l. 5. ff. de R. I.
ut nec illi consentire, nec obligari sine tutoris autoritate possint.
S. pupillus. 9. I. de Inutil. stipul. l. 1. §. 13. de O. & A.

94. Cum naturali judicio careant, l. cum Prætor. 12. §. non
autem. 2. ff. de Judic. & semper ignorare præsumantur, Curt. Jun.
conf. 8. n. 3. communiterque peccando non peccent, negligendo
nihil negligent, moram nectendo non morentur. Zas. ad l. 49. §.
in hac. 2. n. 9. ff. de V. O. utpote annis discretionis carentes. Farinac.
decis. Rot. Rom. 246. n. 7.

95. Unde stipulando alteri promittere, aut servum manu-
mittere non possunt. pr. I. de aut. tut. & l. 9. ff. eod.

96. Idem dicendum & de contractibus ultrò citròq; ob-
ligatoriis, emtionis venditionis, locationis conductionis. Quam-
vis enim ex his ii, qui cum pupillo contrahunt, obligentur, pu-
pillus tamen ipse non obligatur. d. pr. in fin. I. de aut. tut. l. 7. §. 1.
ff. de rescind. vend. l. 13. §. penult. ff. de act. empt. Zas. ad l. 9. §. 3.
n. 12. & n. 13. ff. si cert. pet. Gilken. ad l. si ad excludendum. 4. C. de
reb. cred.

97. Ne naturaliter quidem, l. 59. ff. de O. & A. l. 41. ff. de con-
dict. indeb. Fontanell. de pact. dotal. p. I. class. 4. gl. 7. n. 17.

98. Nisi certis casibus, ut si (1) locupletior factus fuerit. l. 5.
pr. & §. 1. ff. de aut. tut. l. 13. §. 1. & l. 14. ff. de cond. ind.

99. Quo casu etiam actio contra ipsum competit, non quod pupillus hic civiliter obligatus sit, ut perperam existimant Vultej. *lib. un. disc. c. 16.* & Foman. *disp. 5. th. 20. lit. F.*

100. Sed ex constitutione D. Pii, nomine naturalis illius obligationis, *arg. l. 10. ff. de O. & A. & l. 16. §. 4. ff. de fidejuss. & mandat. Ungepaur. Exerc. 10. q. 3. in fin.* adde *Pac. cent. 4. q. 9. in fin. Tim. Fabr. Disp. 8. th. 11. n. 12.*

101. (2.) Si non agatur de pupilli damno, sed solum de alterius præjudicio, pnta creditoris. §. 3. *l. quib. mod. toll. obl. fidejussoris. l. 127. ff. de V. O. & l. 95. §. 4. ff. de solut. heredis. l. 25. §. 1. ff. quand. dies leg. l. 44. vers. item pupillo. ff. de solut. legatariorum & fideicommissariorum. d. l. 95. §. 2. ff. de solut.*

102. (3.) Si pupillus dolo in contractu versatus fuerit. *l. 1. §. 15. ff. de pos. l. 13. §. 1. ff. de dol. mal.* Tunc enim malitia ætatem supplet, *l. 3. C. si min. se maj. dix.* & pupillus, quemadmodum delinquit, *Simoncell. de decret. l. 2. loc. 6. n. 49.* ita tam naturaliter, quam civiliter obligatur. *Ungep. d. q. 3. Duar. ad tit. de O. & A. c. 2. & de cond. indeb. c. 6. Wesemb. ad §. 9. n. 2. 1. de inutil. stipul. Riemer. disp. 3. q. 8. Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Ludvvell, Præceptor ac Patronus meus honorandus, in Exerc. Justin. disp. 3. th. 7. lit. D. Vivius opin. 677. Gödd. de contrah. stipul. c. 7. n. 170.* ubi latissimè: quæ pupillus doli capax possit, quæ non, pertractat.

103. Lege prohibentur prodigi, qui nec tempus, nec finem expensarum habentes, furiosum faciunt, quoad bona sua, exitū. *l. 12. §. fin. ff. de tutor. & curat. dat. & l. 1. ff. de curat. furios.*

104. Et hic ne naturaliter quidem obligatur, quia furioso æquiparatur. *l. 40. de R. I.*

105. Nec pro eo contrahente fidejussor intervenire potest. *l. 6. ff. de V. O. Gödd. de contr. stip. c. 7. conclus. 10. n. 126. & seqq. Hænon. disp. 3. th. 12.*

106. Ne quidē, si juramentum accesserit. *arg. l. 5. C. de LL. & arg. cap. etsi Christus. 26. extr. de Jurejur. Fachin. 2. contr. 64. El. Rober. Disp. 5. thes. 7. Paul. Berens. Disput. 2. thes. 3. q. 8. Hænon. d. disp. th. 13.*

107. Quod verum est, si administratio bonorum à magistratu interdicta. *l. 10. l. 16. §. 1. ff. de curat. furios. l. 9. §. 7. ff. de R. C. D. Ludvvell.*

Dn. Ludvvell. *Disp. 3. th. 9. lit. d. arg. d. l. 12. §. fin. ff. de tut. & curat. dat. & c. veritatis. 8. Extr. de dolo.* Borcholt. Wefenb. Mynsing. ad §. 3. l. de Curat. Philipp. Matth. ad l. 40. ff. de R. I. n. 21:

108. Nam ante interdictionem hanc, ut testari §. 2. l. quibus non est perm. fac. test. ita quoque consentire & contrahere cum posse verius est, ne decipiantur hi, qui cum ipso contraxerunt. Philipp. Matth. ad d. l. 40.

109. Prodigis & furiosis comparantur hoc loco ebrii & irati, cum & hi mente iudicioque quodammodo destituantur. c. 3. & 5. *distinct. 35. c. 14. de vit. & honest. cler. l. quicquid. 48. ff. de R. I.* ibique Decius & Phil. Matth. Videatur Carpz. in *Jurisp. for. p. 2. const. 15. def. 36.*

110. Hoc loco quaestiones seqq. veniunt ventilandae: 1. an ignorans: 2. dubitans: 3. absens: 4. tacens consentiat? quas summo digito nunc attingere sufficiat.

III. Et quidem (1) ratione ignorantis, breviter tenendum: quod, quamvis ignorantia facti intolerabilis. *l. quanquam. 7. ff. ad SC. Vellej.*

112. Ignorantia praeterea juris naturalis nemini patrocinetur, juris autem civilis in lucro captando nihil quidem profit, in damno vitando nihil oblit, passim *sub tit. ff. & C. de jur. & fact. ign.*

113. Ne stulti videantur melioris conditionis, quam periti contra *l. 4. ff. quod vi aut clam. c. eum qui 18. extr. de praebend.* Hering. *de fidejuss. c. 26. num. 47. Caroc. de min. in delict. excus. q. 6. num. 11.*

114. Industriaq; ignaviae poenas persolvat, quod fieri prohibetur. *l. ult. C. de pos. Decian. resp. 36. in fin. vol. 1. Rosenth. de feud. c. 1. concl. 18. in gl. x.*

115. Sed potius juris expediti, ignaviam praetendentes non esse audiendos. *l. qui solidum. 78. §. 2. ff. de leg. 2.*

116. Neque negligentibus subveniendum, sed necessitate reru impeditis. *l. non enim. 16. ff. ex quib. caus. maj. cum aliis textib.*

117. Et turpe sit dicere: non putaram. Mynsing. *resp. 64. n. 37. Rot. Genuens. 23. n. fin.*

118. Juraq; vigilantibus scripta sint. *l. pupillus. 24. ff. qua in fraud. credit.*

119. Atta-

119. Attamen his non obstantibus, justè ignorantem non consentire, ex communi Dd. theoreticè rectè statuimus. Sebast. Medic. *de casib. fortuit. p. 1. q. 3. n. 8.* Welsenb. *conf. 5. n. 38.* Schurf. *consil. 24. n. 12. cent. 2.* Surd. *consil. 349. n. 14.* Modest. Pistor. *conf. 38. n. 11. & n. 46. vol. 2.* Rot. Genuens. *decis. 2. n. 16. in fin.*

120. Cùm nemo applicet animum ad ignorata, per l. *mater decedens. 19. ff. de inoffic. test. l. tres fratres. 35. ff. de pact.*

121. Nullaq; voluntas in facti qualitate ignorante consistere possit. Termin. *caut. 161. n. 6.* Fichard. *conf. lat. 35. n. 10.*

122. Et perinde sit ejus conditio, quæ præsentis & non intelligentis, utpote, qui pariter per ejusmodi præsentiam consentire nequit. Hyppol. de Marsil. *ad l. qui ignorans. 3. n. 28. ff. ad l. Corn. de fals.*

123. Aded, ut justæ ignorantie allegatio ne quidem per statutum tolli possit. Seb. Med. *de casib. fort. q. 3. n. 42.*

124. Ignoranti (2) æquiparatur dubitans. Grat. *tom. 1. disc. for. c. 2. n. 50.* Peregrin. *conf. 78. n. 3. vol. 4.*

125. Hic enim cùm scire non dicatur. Tiraq. *ad l. si unquam. in pref. n. 99. C. de revoc. donat.* Propter incertum scil. ejus in ejusmodi ambiguis judicium, Fichard. *consil. germ. 128. num. 23.* minusque absolutum. Afflict. *decis. 13. n. 1.* potiusque prudentia sit, dubia suspendere. Afflict. *decis. 353. n. 1.* Dauth. *de subst. fol. 354.* multò minus eum consentire, statuendum videtur. Zaf. *conf. 15. n. 51. lib. 2.*

126. Hinc rectè Pacianus, quod dubitanter respondens pro negante habeatur, nisi tempus deliberandi antea habuerit. *lib. 1. de probat. c. 21. n. 10.* vel diligentiam adhibere debuerit, ut sciret. Grat. *tom. 4. disc. for. c. 636. n. 5.*

127. De absentibus (3) tenendum, quodd, quamvis omnis b. f. contractus inter absentes, non secus ac inter præsentis fieri possint. *l. consensu. 2. §. 2. de O. & A. pr. 1. de Obl. ex consens. l. 2. §. 3. ff. de procurat. Vasq. Ill. controuv. c. 62. n. 10.*

128. Intellige per nuntium & literas. Reusn. *conf. 10. n. 32. lib. 1.*

129. Ita ut iisdem aliquid promittens statim obligetur. Vivius. *opin. 211. n. 15.*

130. Ejusmodi

130. Ejusmodi tamen contractus non aliter subsistere possunt, nisi literæ receptæ, aut ratificatio secuta fuerit, juxta Viv. d. op. 211. rescribendo per literas, aut mittendo apocham. Rot. Gen. decis. 45. quamvis Zas. ad l. 2. ff. de O. & A. tradat: quòd ad hoc, ut consensus inter absentes fiat, necesse sit mitti nuncium specialiter ad id deputatum: Consensum autem intervenisse fingi etiam, antequam remittatur epistola responsiva, nunciusque revertatur.

131. Ideòque potius dicendum, absentem, quàm absentem, nec rei alicujus certioratum, regulariter non consentire, l. 2. §. voluntatem. 2. ff. sol. matr.

132. Cùm nesciant absentes, quid faciant presentes, Cons. German. tom. 3. conf. 10. n. 2. aut quid fiat domi, & si fama sit publica. Zas. ad d. l. 2. §. 2. fol. 31. ff. sol. matr.

133. Unde proverbium hoc natum: quod absentes habentur pro mortuis, qui ad sonum campanæ convocantur, comedentes ad tinellum, & pro absentibus ossa. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A.

134. Casus tamen, quibus absentes habentur pro presentibus, ut lucrentur fructus, recenset Gratian. tom. 1. disc. forens. c. 166. per tot. Surd. consil. 351. n. 29. & seqq. ubi latè: absentiam, & qualiter acquiratur, pertractat.

135. Respectu tacentis (4.) inquit Fachin. lib. 7. contro. c. 80. jus hâc in re varium esse: aliquando enim presentem & tacentem pro consentiente haberi, aliquando verò non, cùm tacere medium esse videatur inter consentire & reprobare.

136. Quicquid tamen sit, communis est opinio, tacentem pro consentiente haberi, quoties de ipsius agitur commodo. arg. c. 45. de R. i. in 6. l. 40. ff. de pact. l. 6. §. 2. mand. l. 80. de leg. 2. l. 2. §. ult. ff. sol. matr. Menoch. 3. pres. 42. Pacian. lib. 1. de probat. c. 63. n. 4.

137. Aut de actu concupiscibili, ut loquitur Raudens. resp. 25. n. 32. lib. 1. & resp. 50. num. 312. seu de rebus favorabilibus, v. g. matrimonii, in cujus favorem pater, qui non contradicit, consentire videtur, l. 7. §. 1. ff. de sponsal. tacensque in favorem pupilli, pro eo obligatur, l. 4. §. fin. ff. de fidejuss. tur.

138. Vel si aliquis tacuerit ex contumaciâ. c. 2. de confess. in 6. l. 11.

l. ii. § 4. ff. de interrog. in jur. fac. Wefenb. in π. ff. de confess. num. 7. Capoll. caut. 86. Gallef. ad form. cam. obl. fol. 187. n. 5. quo casu consentire actui facto per judicem pars videtur, si ei non contradicit. l. ult. ff. quand. appell. sit.

139. Aut deniq; si intercesserit præterea ejusmodi factum ex quo consensus elici potest, exemplo *l. 12. pr. ff. de spons. l. 5. de adopt. l. 12. de evict. l. 28. comm. divid. l. 19. de aq. plu. l. 2. ad municip. l. 7. §. 3. de decur. l. 1. §. 5. de exercit. act. l. 4. §. fin. de fidejuss. tur. vid. Mantie. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. r. 5. n. 30. Rot. Genuens. decis. 114. n. 119. ubi, quibus modis intelligatur tacitum, latè tractant, nimirum 1. quando venit in necessariam consequentiam expressi, 2. quod venit ex natura actus, & 3. quod inducitur ex præsumptione. Simon de Prætis. de interpr. ult. vol. interpr. 1. di. 4. fol. 11. n. 11. ubi itidem tacitū tribus modis considerari ait: 1. ex certis & particularibus factis: in tacitis n. tacitè loquimur reb⁹ & factis. 2. ex solâ legis interpretatione & extensione subintellectâ, & denique 3. quod ex indiciis & conjecturis probari potest.*

140. Aliter tamen se res habet cum tacente (1.) si de ejus præjudicio agitur: tunc enim potius pro dissentiente habendus. *l. 8. §. 1. de procur. l. 34. §. 2. de leg. 2. c. 44. de R. II in 6. l. 5. de S. P. P. l. 142. de R. I. Cravett. conf. 226. n. 9. Afflict. decis. 58. n. 3.*

141. In actibus præsertim negativis, qui nullum consensus arguunt. Menoch. lib. 2. præf. 23. n. 3. Reusn. cons. 17. n. 45. lib. 3. Tilmann. de Benign. decis. cameral. syntagm. 11. dec. 1. vor. 1. n. 18. ubi notat, quod actus privati, & in omittendo consistentes, voluntatem & consensus minimè inferant.

142. Aut si (2.) contradicendo actum impedire nequit, fortean ex debito juris & honestate consentire coactus. *l. si cum dotem. 22. §. nec non illud. 6. ff. sol. matr. quâ ratione nullum æquè consentiendo sibi præjudicium parit. l. Gajus Sejus. 39. ff. de pignor. act.*

143. Sed potius obediens obedientia coactâ jus deinceps contradicendi sibi integrum servat. Coler. de process. exec. p. 2. c. 3. n. 356. Gratian. tom. 5. disc. forens. c. 131. n. 6, & seqq.

CAP. V.

CAP. V.

De

MATERIA OBJECTIVA.

144. **E**T tantum de Subjecto: Sequitur Objectum, quod hâc vice pertractare si vellemus, tantam in nos conferremus molem, quantam is, cui pelagum maris scypho aliquo exhaurire placuit, quod quemadmodum impossibile cuique statim apparet, ita quoq; amplitudinem hujus materiæ objectivæ, quæ ferè circa singula juris capita occupata, unicâ hâc disputatione tradere perdifficile nobis fuit, cum omne jus nostrum, & quæ in eo scripta reperiuntur, aut consensus fecerit, aut necessitas constituerit, aut firmaverit consuetudo. *l. 40. ff. de LL. Vigel. in dialect. jur. cap. de causis. fol. 42.* Ita, ut etiam illud, quod necessitate constitutum, & consuetudine firmatum, consensu quoque introductum esse, dicere haud inconueniens sit. Quapropter cum hanc doctrinam nonnullis sequentibus disputationibus tradere, & proximâ occasione publicè discutiendam proponere, animus sit, lubentes nunc huic labori supersedemus, rectâ transitum facientes ad formam seu requisita præfati nostri consensus.

CAP. VI.

De

FORMA SEU REQUISITIS.

145. **F**orma consensus in eo consistere videtur, ut vel verbis exprimatur, vel factis declaretur: Non enim est necesse, inquit Jctus, consensum verbis exprimere, satis est, si facto declaretur. *l. 2. ff. de pact.*

146. Siquidem facto non minùs consensus elicitur, quàm verbis. *l. non tantùm. 5. ff. rat. rem. hab. l. 32. §. 1. ff. de legib. Cravett. conf. 106. n. 21. Mascard. concl. 1309. n. 4.*

147. Quorum hic *κατ' ἐξοχήν* expressus, ille tacitus dicitur, ut supra notavimus. *Putèus. decis. 184. lib. 1. n. 3.*

C 2

149. De

148. De utrisque tamen tenendum: I. quòd, quamvis tàm ante, quàm post actum adhiberi & præstari possit, ut rectè tradit Borcholt. *conf.* 20. n. 159. p. 2.

149. Discrimen tamen faciendum esse inter negotia, quæ per modum solennitatis, autoritatis ac formæ consensum requirunt, & inter ea, quæ hunc non æquè, sed quamvis aliam rem desiderant, & levioris præjudicii esse æstimantur, existimamus.

150. In illis enim, ubi consensus requiritur ad essentiam contractus, communis est opinio, eum statim ab initio intervenire debere, cum consensus causa continua habeatur. Joh. del. *Castill. lib. 4. quotid. controv. c. 37. n. 3.* h. e. consensus debet esse simultaneus. *Peregr. de pact. n. 8. & seqq. Mant. de rat. & ambig. convent. lib. 4. tit. 4.*

151. In reliquis non item, sed sufficere consensum ejus, cujus interest actum sequi. *Gratian. tom. 1. disc. for. c. 140. n. 19. & tom. 2. cap. 379. n. 7. & tom. 4. cap. 647. n. 3.* Schultes *q. 72. num. 14.* Fichard. *conf. lat. 35. n. 9.* Simoncel. *de decret. lib. 1. in præfat. n. 52.* Farinac. *decis. Rot. Rom. 272. n. 13.* Caroc. *conf. 74. num. 20. & seqq.* Betsius *de pact. illustr. fam. c. 10. fol. 622.* *Myns. cent. 2. obs. 34. n. 5. & cent. 6. obs. 46.* ubi, si ad aliquem actum, inquit, requiratur alicujus scientia, consensum non statim requiri, sed sufficere, ipsi actum hunc notificatum fuisse.

152. II. Sciendum, quòd si plurium consensus ad actum quendam expediendum necessarius, omnium, quorum interest, adhibendus, aut certè istius, cujus dissensus negotium impediret. *Rosenth. de feud. c. 10. concl. 39. n. 7.* aut saltem majoris partis. *Coler. consil. II. n. 5. & seqq.*

153. Etsi enim quis cum consensu alicujus quid facere jubeatur, si tamen ille sine causa dissentiat, etiam invito illo res geri potest. *Heig. lib. 1. q. 19. n. 38.* *Moller. lib. 3. semestr. c. 44. n. 19.*

154. Aut ad consentiendum compelli. *Gæden. conf. 82. n. 8.* *Gratian. tom. 4. disc. for. c. 616. n. 9.*

155. Secus, si justam dissentendi causam habuerit, tunc enim consensum præstare non cogitur. *Gratian. decis. March. 237. in addit. n. 2.*

156. III. Notandum, quòd, quemadmodum omnis voluntas restringi potest tempore, conditione, demonstratione, causâ & modo, ita etiam consensus hæc ipsa in se recipere potest: hoc tamen moderamine adhibito, quòd, si unus ex contrahentibus sub conditione, alter purè consentiat, nulla oriatur obligatio, nisi diversitas responsionis ilicò stipulatori placeat: tunc enim aliam stipulationem contractam intelligimus. *l. i. §. si quis simpliciter. 3. ff. de V. S.*

157. IV. Et illud animadvertendum, quòd consensus semper præsupponat causam aliquam impellentem ad consentiendum, sine cujus cognitione exulare voluntatem, & consequenter consensum, extra controversiam esse videtur, quòd ignoti nulla sit cupiditas, & cessante cognitione (puta finis aut objecti) cesset desiderium. *Sthal. tit. 19. reg. phil. 5. n. 3. p. m. 426.*

158. Falsâque ex causâ defectus consensus arguatur. *Puteus decis. 292. n. 3. lib. 3.*

159. Aded, ut rectè dicatur *in l. 2. pr. ff. de iudic. & ubi quisque* consensum sequi scientiam, quæ præcedere debet.

160. V. Nec illud silentio involvendum hîc, quòd consensus inducatur variis modis, quorum partim mentio facta, partim adhucdum faciendâ. Declaratur enim *l. literis*, quâ ratione etiam absentes consentire supra diximus. Cui nunc addendum, ex actu consistente solùm inter scribentem & recipientem literas, solâ receptione, sine contradictione, præjudicium generari recipienti: secus in actu, qui requirit ad sui confirmationem ministerium alterius. *Pacian. lib. 1. de probat. c. 29. n. 28.*

161. Cum hoc posteriori alterius interesse versetur: priori autem promittens aliquid per literas, censeatur præsens præsentibus loqui. *Zal. cons. 9. n. 27. lib. 1. Berlich. decis. 37. Gratian. tom. 4. disc. for. c. 699. Peregrin. consil. 96. n. 14. lib. 3.*

162. Ita, ut vicissim easdem recipiens, & non contradicens pro consentiente habeatur. *Peregrin. de pact. n. 12. Petr. Wesemb. consil. 13. n. 39. dummodò receperit in vitâ mittentis. Jac. de Puteo decis. 114.*

163. An autem, & quando probandum, literas non tantùm ab aliquo scriptas, sed etiam transmissas, traditasque, videre licet apud Gratian. *decis. March. 56. n. 19. & seqq.* 164.

164. II. Patientiâ, conjunctâ cum scientiâ, tolerantâ seu longâ tacurnitate, consensum intercessisse rectè statuimus cum textibus supra allegatis, & Petr. Peck. *de testam. conjug. lib. 3. c. 22.* Surd. *consil. 371. n. 56.* Decian. *resp. 96. num. 16. vol. 3.* Befold. *consil. 57. n. 72.*

165. Etiam apostolicum. Joh. Baptist. Costa. *in interpr. rubr. de V. O. n. 63.* seu verum, qui idem operatur, quod expressus. Puteus *decis. 100. n. 7. lib. 2.*

166. Cursu videlicet decem annorum. Tiraq. *de rescript. §. 1. gl. 4.* Meichsner. *decis. 47. num. 15. lib. 1.* Befold. *cons. 270. n. 43.*

167. Expositisque variis actibus affirmativis. Schultes *§. 53. n. 75.*

168. Cùm actus negativi non sint ejus potentie ad inducendū consensum, prout affirmativi. Gratian. *tom. 2. disc. for. c. 209. n. 33.* Surd. *cons. 270. n. 18. & seqq.* eundemque minimè arguant. Menoch. *1. presump. 23. n. 3.* Reusn. *cons. 17. n. 45. lib. 3.*

169. Hinc, cùm quis scit aliquid, quod pro officio prohibere debet & potest, si non contradicat, consentire intelligitur. Zanger. *de except. p. 3. c. 12. n. 32.* Hartm. Pistor. *q. 29. n. 15. lib. 4.*

170. III. Elicitur consensus ex cessione dextræ, & manuum conjunctione, quam Pruckmann. *consil. 4. n. 72.* einen Glückwunsch/ alii, einen Handstreich vocant. Magir. *de advocat. arm. c. 9. num. 76.*

171. Hanc enim dextrarum complosionem, evidens perfecti consensus, perfectæ pactionis, & plenæ fidei symbolum ac signum esse ostendit, *cap. 1. in f. extr. de spons. duor.*

172. Quod & Romanis non incognitum erat, utpote apud quos assensus in Senatu fiebat vel voce, vel signo: signo dupliciter, pedibus aut manu, & manu quidem, quoties eâ exporrectâ significabant, talem sententiam illos approbare, quâ de re apud Philipp. Camer. *in hor. subcis. cap. 46. cent. 2.*

173. Ut etiam Persis, penes quos dextra data pariter firmissimi fœderis signum fuisse, firmat Gemisth. Plethon. *lib. 2. de reb. Græcor.* Persarum, inquit, Rex, Mentonem, quod dextram dedisset (maxima enim hæc apud Persas fides) conservavit.

174. Quam

174. Quam ob causam Alex. ab Alex. refert: religionem quandam in dextris esse; Nam eam, inquit, porrigimus, si quid datâ fide futurum pollicemur.

175. Unde & sedem fidei in dextris sacratam collocabat Numa Pompilius apud Liv. *dec. 1. lib. 1.* Hinc etiam Ovid. *lib. 6. Metamorph.*

Ut pignus fidei dextras utrasque poposcit,

Inter seque datas junxit.

Et in eandem sententiam Virgil. inquit *lib. 3. Æneid.*

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus

Dat juveni, atque animum presenti pignore firmat.

Et *Æneid. 7.* Latinus ait:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni.

176. Sic *Regum 4. c. 10. v. 15. & 16.* legimus, quod Jehu obviam factus Jonadabo, & dubius de animo ejus, postquam interrogasset: Estne cor tuum rectum, sicut cor meum est erga tuum? Illo respondente: est, jussit sibi ab illo dextram porrigi, tanquam fidelitatis tesseram. *Magir. d. c. 9. n. 404.*

177. Quamvis autem, sola manuum conjunctio non sit stipulatio, sicuti verba eandem efficiunt. *Decian. resp. 64. n. 14. vol. 3. Cædd. de contrah. stipulat. c. 3. n. 183.*

178. Nihilominus tamen, si verbis quibuscunque factum manus accesserit, wann die Hænden/etwas einander zu halten mit Hand und Mund willigen/ und zusagen/ stipulationis vim obtinebit, arg. §. 1. I. de V. O. *Pruckm. cons. 50. n. 192. Hering. de fidejuss. c. II. n. 171. Mascard. concl. 417. n. 32.*

179. IV. Colligitur consensus ex sigillationibus & subscriptionibus, seu subnotationibus, uti vocantur in l. un. C. de Justin. Cod. *confirm.* cum subsignare, subscribere sit idem sentire, confirmare, & ratum habere. l. *subsignatum. 39. ff. de V. S.*

180. Illa actus complementum dicitur, hæc actus, de quo quaritur, exitus quidam & conclusio. Sese *decis. 56. n. 31.* vel etiam nominis actu jam in scriptis redacto, propria manu facta subnotatio. *Honthem. lib. 2. de art. notar. c. 51. n. 3.*

181. Et quamvis nonnulli statuunt, subscriptionem partium præcisè ubi vis non esse necessariam, sed sufficere sigillationem, etiam si

etiam si desit subscriptio, cum paria sint scribere aut subscribere contractum, vel sigillare. Bald. in rubr. Cod. de fid. Instrum. n. 41. Roman. consil. 303. n. 1. & 2.

182. Et contra in jure casus reperiantur, ubi subscriptio sufficit, sigillum verò nominatim non requiratur, veluti in l. 2. §. 3. ibi: eumque libellum marito offerre, ut is subscribat. ff. de jure dot. pr. l. ibi: à contrahentibus autem subscripta. de empt. vend. l. contractus. 17. ibi: subscriptionibus partium confirmata. C. de fid. instrum.

183. Securius tamen & consultius est, ut sigillationi accedat etiam subscriptio, quando voluntas certior sumitur eorum, qui simul & sigillarunt & subscripserunt, l. fin. §. subscriptiones. C. de jur. delib. l. emtor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pact. l. Cajus. 39. ff. de pign. act. & duo vincula fortius ligent, quam unum, l. re. conjuncti. 89. ff. de Leg. 3. §. sed hodie. 2. l. de adopt.

184. Servato tamen ubi vis stylo scribendi aut subscribendi, vel etiam sigillandi. l. Labeo. 21. de Statulib. 6. quam gravi. 6. extr. de crimin. fals.

185. Quemadmodum & in inclutâ Argentinâ nostrâ, ut itaceam conceptionem diplomatum, decretorum, attestacionum publicarum, hoc specialiter receptum esse compertum habemus, ut omnes contractus à contractuum Notario in scripturam redigantur, protocollo inserantur partibus præsentibus, & stipulatâ manu ipsi promissum hoc, in quod mutuo consensu descenderunt, ratum habentibus, contractu ita valido & firmo, ut contrahentium subscriptione & sigillatione planè non sit opus: Ipsius tamen Cancellarię contractuum sigillo & subscripto, quotiescunque partes ad instantiam suam, instrumento hujus vel illius initi contractus indiguerint.

186. Subscriptio tamen illa, de quâ antea nobis sermo fuit, tum demùm facta dicitur, cum nomen proprium aut solum sine aliquo signo, aut cum signo manu propriâ, vel alteri, cum verbo: subscripsit, vel subscripsisse, in calce instrumentorum, aut aliarum literarum subjicitur. v. g. Des zu einer wahren Bekandnuß und mehrer Sicherheit ist dieser Brieff durch uns unterschrieben und mit Unserm/oder Unserer Statt anhängendem Insigel bekräftiget.

riget. *cc.* Vel: Und des zu Brkund der Wahrheit / ist dieser Brieff
unterschrieben und versigelt. Item communiter: Bekenne wie ob-
stehet. Magir. *de advoc. arm. c. 14. num. 45.* Kirchner. *lib. 2. de jur.*
legat. c. 8. n. 84.

187. Quæ scripturæ aded validæ sunt, ut plenam pro-
bationem contra fatentem faciant, *l. Publica. 26. §. fin. in fin. ff.*
depos. l. sicut. 8. §. non videtur. 15. vers. sed etsi subscripsit. ff. quib. mod.
pign. dissolv. §. 1. verb. subscripta. l. de emt. vend. l. si ita stipulatus. 126.
§. Chrysogonus. 2. de V. O. l. contractus. 17. verb. subscriptione par-
tium confirmata. C. de fid. instrum. Höpping. de jur. Sigill. p. 446.
§. 466. ubi: quando generalis tantum, quando specialis sufficiat.

188. Ita, ut quisquis negaverit propriam scripturam, si
convincatur, dupli in eum pœnâ sit constituta, *auth. contra qui. C.*
de non num. pecun.

189. Hocque procedit, siue propriæ siue alterius alicujus
scripturæ in certum finem jussu unius vel utriusque partis factæ
manu propriâ subscripserit; hoc enim casu non minus ac priori
omnia in ea contenta fateri atque approbare, sibiq; præjudicare
censetur. *l. emtor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pact. d. l. si ita stipulatus. 126. §.*
Chrysogonus. 2. de V. O. l. si quis ex argentariis. 6. §. 1. verb. subscribere.
ff. de edend. l. 1. §. 1. verb. & subscriptionem. ff. de const. Princip. l. si per
epistolam. 50. verb. subscriptam. ff. de acquir. hered. Auth. quod sine. C.
de testam. junct. auth. si modo. C. fam. ercisc. Magir. d. c. 14. n. 69.

190. Dummodo scriptam chartam sine contradictione
alter receperit, ac penes se inspiciendam & cognoscendam ha-
buerit, tunc enim eam inspexisse ac recognovisse præsumitur. *l. 2.*
§. inspectio. 5. ff. testam. quemad. aper. adedque consensisse ac com-
probâsse ejus contenta existimatur, arg. l. si filiusfam. f. 16. ff. de SC.
Maced. §. l. 7. C. eod.

191. Imò reprobatur allegatio ignorantia ejus, qui tales
tabulas in manibus habuit, & in contenta vel ipse, vel per ali-
um inquirere potuit. *arg. l. quisquis. 15. C. de rescind. vend. Köpp.*
q. 46. n. 27.

192. Idem dicendum esse statuimus, qui chartæ, membra-
næ aut schedulæ albæ, puræ, vacuæ, quæ Germanis ungeschriebene
Brief oder Membranen / Gallis blanquet, blanc signé, papier,
ou il

ou il y a signature, de celuy, au nom, duquel la personne; à qui tel papier est commis, remplit de ce, que porte la commission. Italis charta bianca, Hispanis, procura en blanco dicitur, juxta Wehneram *in obs. pract. verbo* Blanquet. Finckelthaus. *obs. 8.* Goldast. *in Reichs. Satzungen/ fol. 158.* Besold. *in thesaur. pract. verbo: Charta bianca;* negotium quoddam inscribi jussit. Eiusmodi enim non minus teneri, quam illum, qui negotio scripto subscripsit, extra controversiam est: Ita, ut respectu dantis hic sit effectus, quod is teneatur pati, ut charta impleatur, nec possit prohibere regulariter, quò minus id fiat, cum nihil tam congruum sit fidei humanæ, quam ea, quæ inter homines placuerunt, servare: *l. 1. ff. de pact.*

193. Et cum in arbitrio cujuscunque sit, hoc facere, quod instituit, oportet eum vel minimè ad hoc proficere, vel cum ad hoc pervenire probaverit, non quibusdam excogitatis artibus suum propositum defraudare, tantamque indevotionem, quibusdam quasi legitimis velamentis protegere, ut loquitur *Imp. in l. 35. §. 5. C. de donat.*

194. Ubi igitur quis tradendo folium album consensit in ejus repletionem, non est æquum, ut ei volenti recedere succurratur in eo, quod sibi ultro imposuit: *l. si fidejussor. 7. §. 1. ff. qui sã. iud. cog.*

195. Respectu accipientis verò, quod is (nisi tempestivè renunciaverit, *arg. §. 11. l. de mand. l. 22. §. ult. l. 27. §. 2. ff. eod.* vel aliàs jure suo quæsito uti nolit: *l. penult. C. de pact.*) teneatur eam bonâ fide replere eo negotio, in quod itum est mutuo consensu, expresso vel tacito, adeoque prorsus juxta formam præscriptam *in l. 5. pr. §. 1. 2. 3. 4. l. 41. l. 46. ff. mandat.*

196. Secus enim si fecerit, non modò tota scriptura, ut falsa & erronea reprobat, sed etiam criminis falsi reus fit, pœnæque L. Corneliæ subijcitur: *arg. l. 9. §. 3. ad L. Corn. de fals. Confer P. H. D. art. 112.*

197. Cum autem foliorum ejusmodi vacuorum abusus sit magnus, cautela fortassis, quam dedit Magir. *de advoc. arm. d. c. 9. n. 86.* Principibus tantùm, omnibus custodienda venit, ne facile utamur ejusmodi albis chartis: Sapè enim insolita in eandem

dem conjici possunt, quibus inde non exiguum metuendum præ-
judicium.

198. V. Nutu etiam consensus induci potest. *l. 52. §. 10. de
V. O. & ibi Gothofr. lit. a.*

199. Quamvis enim heres nutu institui nequeat, *l. jube-
mus. 29. C. de testam.* fideicommissum tamen eo rectè relinqui
potest. *l. nutu. 21. ff. de leg. 3.*

200. Sic Plinius *lib. 1. epist.* namque ego, *inquit*, simili nu-
tu ac renutu respondere voto tuo possum.

201. Quà ratione etiam fit, ut, cui summam potentiam
adscribimus, ejus nutu ac renutu omnia geri dicamus. Multum
est verbo efficere, quod velis, at plus est idem efficere nutu ac re-
nutu, ut notat ex Erasmo Calvin. *in lex. vocab. nutus.*

202. Hinc quoque VI. stringendo aut movendo humeros
consensum probare volunt. cum sæpè externa indicent animum.
*§. pavo num. 15. I. de R. D. Zaf. conf. 2. num. 53. lib. 2. Oldendorp.
class. 1. act. de dol. Rot. Genuens. decis. 152. n. 6.*

203. Quod fortassis permittendum, si fiat cum inclinatio-
ne capitis, quæ nutum importare solet: aliàs stringentem magis
dubitare, quàm affirmare statuit ex Jas. Mascard. *de probat. concl.
417. vol. 1. num. 30. ubi num. preced. 29.* quomodo ex transmissione
& receptione munerum, ut & osculo consensus inducatur,
ostendit. Videatur quoque Alber. Gentil. *lib. 7. de nupt. c. 14.*

204. VII. Deniq; ex solâ verborum interpretatione con-
sensus colligitur, quia nullum majus mentis nostræ testimoni-
um, quàm qualitas inspecta verborum. Fichard. *consil. germ. 40.
Raudens. resp. 6. n. 3. lib. 1. Hartm. Pistor. q. 8. n. 48. lib. 3. Freunde-
berg. de rescript. morat. conclus. 66. n. 88. & seqq.*

205. Itatamen, ut regulariter consensus de persona ad
personam, nec de re ad rem, nec de causâ ad causam, nec de actu
ad actum rectè extendatur. Hartm. Pistor. *q. 7. n. 38. lib. 2. Berlich.
decis. 298. n. 28.*

206. Cum actus agentium non operentur ultra eorum
intentionem. *l. non omnis. 19. ff. si cert. pet. & ibi Zaf. n. 3. Fichard.
consil. lat. 30. n. 1. Peregrin. decis. Patavin. 33. n. 26. & de iur. fisc. lib. 2. t. 3.
n. 9. Paurmeist. lib. 2. de iurud. c. 2. n. 65. Caroc. cas. 123. n. 1.*

207. Et quidem primitivam, ad quam restringendi. Gratian. tom. 3. disc. for. c. 548. n. 20. voluntasque potior sit subtilitate verborum. l. heredis mei. 57. §. cum ira fuerat. i. ff. ad SC. Trebell. Unde illud:

Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes. Coler. de process. execut. p. 3. c. 12. n. 84. Decian. in tractat. crim. lib. 9. c. 27. per tot. Bargal. de dol. lib. 6. reg. 49. n. 31.

208. Ratione enim certæ personæ adhibitus, cessante illâ personâ, reconvalescit jus consentientis. Hartm. Pist. d. q. 7. n. 29. nec extenditur ultra intentionem illum præstantis. Gratian. tom. 5. disc. for. c. 831. n. 4.

209. Simili modo dicendum, consensum assumere naturam contractus, cui adhibetur. Hartm. Pist. q. 49. n. 20. lib. 2. Rosenthal. de feud. c. 9. conclus. 19. in gl. sub lit. C. & conclus. 33. sub lit. A.

210. Sic certæ causæ interveniens, ultra eam non est extendendus, nec alium effectum operari debet. Hartm. Pist. q. 15. n. 48. lib. 1. & d. q. 49. n. 6. lib. 2. sed restringendus ad illos terminos, in quibus est præstitus. Berlich. decis. 196. n. 36.

211. Aut actui certo, neque enim & hac ratione consentienti præjudicare potest in alio. Puteus decis. 188. num. 3. lib. 2. Gratian. tom. 2. disc. for. c. 356. n. 36. Zas. cons. 12. n. 73. lib. 2. ubi: tendentia, inquit, ad actum, ut est consensus, plus operari non debet, quàm actus ipse.

212. Maximè autem ex actibus voluntariis (veluti cum consensum sponte præbemus) non præsumitur ad ea, quæ ex necessitate non includuntur. Zas. cons. 12. n. 72. lib. 2. Gratian. tom. 2. disc. for. cap. 356. n. 36.

213. Cum consensus sit facti. l. consilio. 7. §. 3. ff. de cur. sur. Peregr. lib. 6. de jur. fisc. c. 1. n. 23. Et strictissimi juris. Hartm. Pist. d. q. 49. n. 6. lib. 2.

214. Ita, ut consensus simplex nunquam ad jus futurum porrigatur, quàm & simplici renunciatione jus futurum renunciatum non intelligatur, Rosenth. de feud. c. 9. concl. 79. n. 5. gl. f. & conclus. 91. n. 11. Surd. cons. 409. n. 41.

215. Et super aliena faciendâ non operetur, si fuissent facta, Rot. Genuens. decis. 55. n. 6. cum consentire facto & facere differant. l. 160. de R. l.

216. Neg

216. Nec trahatur ad ignota, aut ad ea, quæ quis verisimiliter non fecisset, ut loquitur Berlich. *d. decis.* 196. n. 35.

217. Sed tantum ad connexa, in quibus rectè extenditur ad consecutiva. Rosenthal. *de feud. concl.* 19. in *gl. sub lit. b.* Statik. Pacific. *de Salv. interd. insp.* 3. c. 2. n. 388. & *seqq.* v. g. consensus præstitus ad aliquem actum, ad ejus executionem quoque præstitus censetur. Schneidevvin. *de feud.* p. 7. n. 72.

218. Quamvis autem consensum tacitum non ita latè interpretandum, sicuti expressum velit Hartm. Pist. *q.* 17. n. 7. *lib.* 3. cum ille limitetur ad actum, cui adjicitur. *l. ult. C. ne ux. pro marit.*

219. Probè tamen animadvertendum, ne consensus hominis latius intelligatur, quàm legis, Rosenthal. *de feud.* c. 10. *concl.* 45. in *gl. d.*

220. Quod si dubium, quatenus dominus consensum adhibere voluisse censendus sit, semper ad tempus præsens, quo consensum præstitit, respiciendum esse, dicendum est: Reusn. *cons.* 25. n. 74. *lib.* 3.

221. Aut intelligendus datus ut consuevit. Afflict. *decis.* 307. n. 21.

222. In dubio tamen, cum sit mentio consensus, expressum accipiendum esse docet Cavalcan. *de tutor.* n. 131. Raudens. *resp.* 47. n. 28. *lib.* 1. Marth. *de claus.* p. 1. c. 3.

223. Si verò contingat, ut aliquorum consensus ad actum requiratur, illiq; inhabiles ad consentiendum sint, iudex supplere potest. *l. si furiosi.* 25. *C. de nupt.*

224. Quemadmodum, & si quid est nullum ex defectu consensus tantum, id superveniente consensu interdum retro validari potest. Gail. 1. *obs.* 47. n. 5.

C A P. VII.

De

FINE ET EFFECTU.

225. Cum finis & effectus in multis coincidunt, ideòque hæc duo optimè conjungi posse censuimus. Quamvis autem

item nonnulli statuunt, quod consentiens naturaliter tantum obligetur. Rosenth. de feud. c. 9. concl. 79. in gl. 6.

226. Nihilominus cum preced. cap. th. 209. indicatum: consensum assumere naturam contractus, cui adhibetur, & talem voluntatem disponentium præsumendam, qualis est natura rei. l. ex emto. 11. §. & imprimis. 1. ff. de act. emt. Rosenth. de feud. c. 8. concl. 4. in gl. f. Hartm. Pift. q. 8. n. 20. lib. 3. consequenter dicendum erit, eum non naturalem tantum, sed civilem parere obligationem. v.g. naturalem in pactis nudis: hinc consensum acceptatum habere vim pacti, inquit Surd. consil. 353. n. 53. Civilem quatenus accessit contractibus, donationibus, alienationibus &c. consentientem enim vendenti & donanti rem suam sibi præjudicare vult Peregrin. cons. 77. n. 13. lib. 3.

227. Ubiunque igitur materia præjudicialis, ibi aliquis per consensum jura sua perdit, & aliena fortificat. l. cum quadam. 26. C. de admin. tut. l. nihil. proponi. 120. §. 1. ff. de leg. 1. Gæden. consil. 99. n. 3. Jos. Ludov. conclus. 7. ubi ampliat & limitat, Caroc. cas. 123. Gratian. tom. 3. disc. for. c. 511.

228. Adeoque consentientes in aliquam rem ex consensu obligantur necessariò & ex voluntate propriâ. Köpp. enucl. 7. n. 1. decad. 2. in omnem sequelam. Zal. ad l. 1. §. item. 5. ff. de A. vel A. P. eò quod consentire sit alienare, juxta eundem Köpp. enucl. 7. n. 13. dec. 3. nec revocationi locus. Gratian. tom. 2. disc. for. cap. 234. num. 34. & 35.

229. Maximè si geminatus intercesserit, qui jurato æquiparatur. Coler. cons. 30. n. 30. & cons. 43. n. 13. Everh. in Top. legal. loc. à vi geminat. ibi: quartò facit. Myns. 2. Resp. 6. dec. 13. n. 34.

230. Quod verum non tantum in consensu expresso, sed & tacito. Diuturnam enim scientiam, patientiam & taciturnitatem inducere consensum, fortiusque interdum operari, quam nudum, deducit Fichard. cons. germ. 28. n. 12. consensum ve successivum potentiorum esse momentaneo statuit Surd. cons. 349. num. 44.

231. Maximè autem in favorabilibus, non in odiosis, in quibus tacens potiùs dissentire videtur. ut supra dictum. Mantio. de tac. & ambig. convent. lib. 8. tit. 16. n. 12. Peregr. decis. Patav. 13. n. 10.

232. Item

232. Item siue unus aut plures consenserint. Quamvis enim iam mentio facta, consensum maioris partis minori non obesse, cum de singulorum iure agitur. Rosenth. *de feud. c. 9. concl. 62. n. 13.* addidimus tamen, si singuli iustam contradicendi causam habuerint, aliàs non: cum contradicentes sine iustâ causâ ad consentiendum compelli possint. Gæden. *cons. 82. n. 8.*

233. Adeo, ut non veritus sit scribere Zal. *ad l. 2. §. 2. n. 11. ff. de V. O.* quoties duo vel plures in aliquâ re ad incommodum tertii dissentiant, iudicem partes ad consentiendum cogere posse, pignoribus etiam captis.

234. Quod ipsum nec improbare videtur Farinac. *decis. Rot. Rom. 272. n. 14.* dum eum, qui consentire tenetur, ad consensum impertiendû iudicis autoritate compellendum esse, statuit.

235. Quamvis valde inhumanum esse contendat Fontanella, cogi aliquem consensum præstare in eam rem, ex qua mox futurum, ut ipse conveniatur, de pact. *dotal. cl. 6. gl. 1. p. 1. n. 54.*

236. Quod autem dictum, quæpiam per consensum iura sua perdere, adeoque omni iuri suo renunciare. Schrader. *de iur. incorpor. §. 14. n. 98.* Tiraq. *ad l. si unquam. §. §. donatione largitus. n. 348.* id ita intelligendum esse putamus, si jus in re aut ad rem habuerit: secus si nullum: hoc enim casu consentiens non dicitur facere actum. Decian. *resp. 130. n. 5. vol. 3.*

237. Quemadmodum consensus quoque non officit, quando adhibitus contractui invalido. Köpp. *enucl. 6. n. 24. decad. 1. aut actui, qui nullum effectum consecutus. l. sicut. 8. §. si voluntate. & ibiq. Gothofr. ff. quib. mod. pign. vel hypoth.*

238. Vel si intercesserit pro autoritate rei gestæ, ut valeat: nec enim hæc ratio consensus præjudicare solet juri proprio ipsius consentientis. *l. Cajus. 39. ff. de pign. act.*

239. Cum ejusmodi consentientes non sponte suâ, sed officii necessitate videantur consentire. Absurdum autem appareat, hæc solâ scientiâ aut patientiâ consensum in proprium detrimentum concludere. Sicque testis, notarius, advocatus, procurator, iudex, &c. sibi non præjudicant. Disp. Basil. 10. *th. 86. in gl. b.*

CAP.

CAP. VIII.

De

AFFINIBUS ET AEQVI-
PARATIS.

240. **A**ffinia hoc loco omnia recensere & exactè tractare, nostri instituti nunc non esse ducimus. Licet enim in Synonymia unius aut alterius aliquantulum sit facta mentio, commodior tamen eorum tractatio in specialibus disputationibus apparebit: Supra & hic ea tantum attigisse sufficiat.

241. Et quamvis I non contradicentia dicatur consensus, sciendum tamen, non contradictionem minùs esse, quàm consensum, prout deducit Barbol. *ad l. 2. §. fin. n. 1. & seqq. ff. sol. matr.* Cùm qui permittit aliquid, non dicatur in & per omnia consentire. Besold. *consil. 15. n. 64.* nec presentia corporis tantùm sufficiat ad auctoritatem, *l. 1. ff. de autor. tut.*

242. II. Etsi licentia magnam cum consensu affinitatem habeat, licentia tamen plus est, quàm consensus, quoniam consensum expressum antecedentem requirit. Rosenthal. *de feud. conclus. 28. c. 9. in gl. f.* Corset. *in singular. ad vocab. Licentia.* Semperque actum præcedit. Jos. Ludov. *conclus. 2. n. 6.* ita, ut si ea cuiusdam actui interponenda, non sufficiat, si illa simpliciter petatur, sed ulteriùs requiratur, ut illa licentia expressè obtineatur. Schradder. *de jurib. incorp. §. 8. n. 30. & seqq.*

243. III. Inter affinia locum occupat voluntas, quod vocabulum, quamvis in jure nostro sæpius pro consensu, hoc iterùm pro voluntate promiscuè usurpetur, multùm tamen inter se differre videntur. Ut enim (1) voluntas est animi deliberatio intelligentis & acceptantis, quod vult. Johann. Baptist. Costa *in prax. convent. p. 1. n. 270.* Ita consensus est actus, qui negotio, de quo jam deliberatum est, mediante intellectu & voluntate interponitur, (2) Ut voluntas plerumque unius, ita consensus non nisi duorum ad minimum esse potest, adeoque voluntas quoque in eo sit minus quippiam consensu, quia illius verba fictam etiam voluntatem

voluntatem important: Verbum consensus autem verum & expressum. Coler. *consil.* 14. n. 70. quem n. 67. sic loquentem audire placeat, quod voluntas non ita significativum vocabulum sit, ut consensus, cum regulariter, lege requirente voluntatem alicujus in aliquo actu, satisfiat, si interveniat voluntas ficta vel praesumpta.

244. IV. Affinibus accenseri solet Contractus, qui consensu destitutus & ipse corruere videtur. Aliud tamen esse consentire, aliud contrahere, ostendit Gilman. *tom. 2. symphor. p. 2. vot. 5. n. 12.*

245. V. Affinium nomine venit Confessio. Licet enim confessus Jctis dicatur, qui monitus tacet, *l. de atate. II. §. nihil interest. 7. & §. qui tacuit. 4. de interrog. act. & habeatur pro consentiente & judicato. l. 25. de donat. l. 56. de re jud. l. 1. §. 7. si quid in fraud. Patron. l. 6. de confess. l. 4. pr. ff. ad L. Iul. Majest.* attamen consentiens non statim confiteri dicitur. Pacian. *lib. 1. de probat. c. 29. n. 2.* qui etiam, quænam differentia inter confiteri, negare & consentire, pluribus edocet.

246. Et denique VI. Rati habitio, quæ an & quomodo consensum requisitum suppleat, videre licet apud Gilken. *ad l. fin. n. 8. C. ad SC. Maced.*

CAP. IX.

De

CONTRARIIS.

247. **V**ltimum sibi locum vendicant Contraria, quæ cum & ipsa uberiores, quàm institutum nostrum permittit, tractationem requirant, eam in commodius tempus differre placeat. Paucissimis tamen hinc notanda regula, nimirum: nihil tam naturale esse, quàm quod consensu contractum, contrariæ voluntatis adminiculo dissolvatur. *l. 1. C. quand. lic. ab emt. disced. aut remittatur. l. pen. §. sed qui averemur. 4. C. de jurejur. propt. calumn. dād.*

248. Absit præterea omnis vis atque coactio. *cap. cum locum. 14. extr. de sponsal. Mantio. de tac. & amb. convent. lib. 4. tit. 4. n. 9. Köpp. enucl. 7. n. 36. dec. 2.* quia consensus liber esse debet: liber

ber autem non dicitur, qui in alieno arbitrio reservatur. *cap. supra per decem. §. extr. de condit. appof.*


249. Nulla ignorantia interveniat. *Schurf. conf. 34. n. 12. cent. 2. Spin. à Cacer. in specul. testam. gl. 33. n. 32. Zaf. consil. 5. n. 27. lib. 1. Modest. Pistor. consil. 38. n. 11. vol. 2. & n. 46. Rot. Gen. decis. 2. n. 16. Surd. conf. 349. n. 14. lib. 3.*


250. Nulla deceptio incurrat consensum. *Rot. Gen. decis. 2. n. 31. Parschamp. in radic. claus. c. 10. §. 2. Excludatur dolus. Tiraq. ad l. si unquam. in prefat. n. 97. C. de revoc. donat. Cævall. q. 72. commun. contra commun. n. 1. & hujus generis modi alii, quibus dissensus probari potest, quosque undecim breviter congeffit Oldendorp. cl. 4. art. 1. §. practica. fol. 371. Dissensus, inquit, probatur 1. Si ostendatur error. 2. Infantia. 3. Furor. 4. Cæcitas. 5. Somnus & morbus vehemens. 6. Ebrietas. 7. Ironica locutio. 8. Protestatio contraria his, quæ postea fiunt. 9. Impossibilis conditio. 10. Justus metus. 11. Dolus, de quibus omnibus suo tempore speciatim. Quod restat*

DISSENSUS TENEAT, QUOS LIVOR VEXAT INANIS,
 CONSENSUS CORDI SIT MIHI, SITQUE BONIS,
 SIT TIBI SANCTA TRIAS, CONSENSU CUNCTA TUENTIS,
 PRO TANTO AUXILIO, GLORIA, LAUS & HONOR.

FINIS.







Auspice SS. Triade.
DISPUTATIO
DE
CONSENSU
IN GENERE,
QUAM
PRÆSIDE
JOH. MELCHIORE GACHS/
U.J.D. Inst. Imperial. Professore Ordinario,
h. t. Juridicæ Facultatis Decano,
In incluta Argentoratensium Academia
solenni disquisitioni submittit
JACOBUS EBERHARDUS BECHER/
Argentoratis,
Ad Diem Mens. August. horis, locoq. solitis.

ARGENTORATI,
Typis FRIDERICI SPOOR.
ANNO M. DC. LIX.

1659/17

